

LIBER DEVNO.

N v m, bonum est: plura verò, malum. Si enim bonum perfectum est, nihil extra se relinquit: cùm verò plura sunt, vnu est non in alio, ideoque illius nō est bonitas absoluta: quoniam enim & ipsum vnum est, bonum est. Indicio est, quod omnia, dum ad vnitatem rediguntur, perficiuntur: & quæcunque sunt, ad vnum tendunt. Multitudo hæc hominum innumera, per seipsum mortal is est in singulis: cùm ad hominem quasi vnum redigitur, eterna sit. Quæcunque immortalia beata sunt, vnum sunt: species rerum quatenus succidunt singula singulis, beata esse non possunt: vt verò perpetuo manent, vnum sunt. Amici præterea, amasæ & amantes, & quæcunque generant, eo beata fiunt, quod in vnum animo aut corpore aut vtrisq; coeunt: vt vita viri cum vxore honesta. Quid est amor, nisi desiderium coniunctionis in vnum? Quid discordia & odium, nisi immensa cupidus diuisionis, & ad vnitatem omnimoda repugnantia?

Vnum præterea multorum causa est: multa autem vnius nunquam: nam Sol & Luna, animalium causæ sunt: animalia Cœli, aut Solis, aut Luna nunquam. Est autem vnum, quod diminutio ne sit quasi mutilata multitudo: velut vnu honu, cùm plures obierint: sic serpentes pauciores sunt, multis in generibus, hominibus & leonibus: nec tamen sunt perfectiores: sunt enim plures natura, quod plures generent hominibus, & breuiori tempore, & celerius adolescent. Vtrum fiunt pauciores ob id, quod imperfecta licet sint, pluribus tamen indigent ad conseruationem? Quæ verò paucis indigent, vt muscæ & formicæ, quæ sub quoconque celo viuunt, & pamphagæ sunt, & parum edunt, multitudine sua produnt imperfectionem suam: sunt tamen perfectiores his quæ casu paucæ sunt, licet natura plura sint. Deus itaque cùm non solùm bonus sit, sed etiam optimus, vnu necessariò est. Et mentes & vite & substantiaz primaz, cùm non vt homines ex pluribus partibus maximè dissimilibus content, perfectiores sunt hominibus ipsis, qui anima & corpore conflantur. Generatio quoque, cùm sit coitio multorum in vnum, bona est: corruptio verò: quia dissolutio vnius in plura, mala. Vnu homo, & vna musca, bona sunt: multitudo autem non bona: plures autem homines & plures muscae, plura sunt bona, non tamen melius aliquid quam homo vnu: sunt enim bona, vt singula, non quia multa, nisi ad vnum referantur.

Tom. I.

Omnibus igitur hominibus homo melior est inde plures homines, plura bona, inde singuli: quamobrem & gens & ciuitates & collegia meliora sunt non solùm vno homine, sed etiā hominum multitudine: quia ad vnum referuntur: & quicunque ad huiusmodi continendas societas aut congregandas apti, meliores. Vnde etiam melior est rex & regnum, aristocracia: & aristocracia, republica: magis enim illa ad vnum tendunt. Contra democracia pessima est, inde oligarchia, minus autem tyrannisni in tyrannide vigeat oligarchia, aut popularis scaris: cùm non solùm virus est qui iniuste regit, sed etiam per se ministris licet quicquid liber, tunc enim & dissolution est in tyrannide illa, & iniusticia. Immortalia rursus bona sunt: quoniam vnum sunt: quæ autem mortalia, cùm desinant omnino esse, aut saltem vnu, abrupta in medio quasi bona non sunt: omnia tamen bona sunt eatenus, quatenus vnu sunt. Quapropter & quæ diuidi nō possunt, vt cœlū, meliora sunt his quæ diuidi non possunt, vt cœlū, meliora sunt his quæ diuidi possunt, vt terra: & quæ nec imaginari possunt diuisa, vt mentes, meliora sunt quæ diuisa possimus imaginari, vt cœlum & illius astra. Et quæ diuisa iam sunt, vt glebæ, his quæ diuidi possunt, non tamen diuisa sunt adhuc, vt terra. Et quæ diuidi possunt in infinitum, minus bona sunt, adeò vt ad potentiam solam redeant. Actus enim bonus est, potentia autem duplex: vna, quæ secludit actum, vt materia prima, atque hæc extrema mala est: alia est pendenda ad hunc actum, & quatenus ad actum tendit, bona est aliquantulum: infinitum igitur numero cùm maximè vnitati repugnet, malum est, & infociabile: ordo autem & fatum quia sunt vnu, & sunt ad vnu, ideo bona sunt: inordinata autem & fortuna, mala: non enim ad vnum tendunt.

Rursus illud idem videmus in sensilibus. Quæ consonant, bona sunt, & auditui grata: quia in vnu coeunt: vt diapason, quæ omnino dissident, absona, & auditui ingrata: quæ autem aliquo modo coeunt, non perfecte grata, non tamen adeo suauia: vt diapente: quæ autem dissident, nec in vnu coeunt nisi parvæ, parvæ etiam suauia, vt diatriton & diaction.

Similiter in his quæ videntur, columnæ paribus spaciis distinctæ: quia interullum vnu est, iucundum efficiunt spectaculum: & quæ ita collocata sunt, vt vnu efficeri videantur, vt ad imitationem colligunt, vel ve-

A a preti

preti vel fontis, omnia iucunda sunt: quoniam ad vnum referuntur. Quinetiam vnius elaborata manu artificis, quanquam minus egregij, pulchriora videntur quamque plurium inuicem collata, tametsi egregiorum. Apparet igitur, & actum & pulchrum ad vnum pertinere: vt turpe atque potentiam actui contraria, ad multa: vnum enim quatenus per se consideratur, bonum est: vt sensu comparatum, pulchrum: nam & odores & sapores & consonantiae pulchræ dici possunt, cùm sensu delectant. Quod si nomen non placet, iucundum appelletur. Similiter vnum cùm adesse refertur, actus est. Erunt igitur vnum, bonum, pulchrum, atque actus, quasi idem: item que conta, plura, mala, turpia, & qua potentia solum sunt. Potentia autem maximè huiusmodi sunt præterisse bona, malum est: exuerunt enim actum suum, quo vnum & bonum singula dicuntur.

Atque hacenus de vno generaliter dictum sit: nunc autem propriè magis eius natura est inquirenda. Cōstat enim hominis partes, pedes ac manus, plures esse: ipsum autem hominem vnum, nō solum ex tot diuersis partibus compositum, scilicet primo corporeis, deinde anima & corpore, rursus ex substantia & accidentibus, tum verò facultatibus & functionibus: & tamen totus vnuus. Dicunt, est vnuus numero: id autem nihil est: etiam mille, vnuus mille sunt: acerius vnuus frumenti & hordei. Vnuus numero dico, quod dimidium est duorum: cumque numerus res sit quam mens fingit, atque illius principium vnuus, erit etiam vnuus numero res ab anima facta. Ego autem quero rationem, qua vnuus, vnuus & dicitur, & est. Valeat igitur vnuus hoc quod est numeri principium: quedam verò vnuus sunt vt aqua, in quo tamen partes diuersas fingere possumus. Et idē natura hæc vnius obscura valde est, & à nemine declarata. Quæramus ergo, quot modis vnuus dicitur. Est autem omne vnuus individuum, aut individuum, quatenus vnuus: continuum enim individuum est, quatenus vnuus: quatenus continuum, nō est individuum. Quæramus ergo, quot sunt genera vnius ex rebus ipsis: notior est enim ratio in re, quam in se. Et proponamus, quod Deus vnuus est, ex nullis partibus constat: & orbis totus vnuus, sicut & homo, & paries alio modo vnuus: & albitudo in eo, & animal & homo vt species est, & cumulus etiam. Quæcumque igitur eandem formam habent, vnuus dicuntur genere aut specie aut accidente: velut animal, homo, albitudo. Differt autem albitudinis vnuitas ab hominis vnitate: quoniam albitudo quantitatem habet diuidam: homo autem non habet. Cumulus autem contiguas habet partes: paries autem etiam continuas, utque dissimiles: sed lac vnuus est, & partes similes habet: homo autem & orbis, præter continuatem, aliud habent: quoniam anima non est continua, nec pars aut terminus continui. Constat autem experimento, hominem non minus esse vnuus, quam parietem cumulum: inquit etiam Iac: nam latus pars si afficiatur, totum nunquam ob id afficietur: at hominis pars si afficiatur, plerisque totum affici necesse est. At orbem magis esse vnuus homine, credendum est: quatenus enim homo est, est & equus: at

quatenus equus vnuus est, orbis magis vnuus est: est enim primum Dei artificium, magis igitur orbis vnuus est quam homo: inde sympathia, antipathia, aliaque huiusmodi. Octo igitur modi sunt vnius, adnumerato Deo: hic enim vnuus est nobiliore modo, quam hec omnia: neq; enim constat diuersis partibus vt cumulus, paries, lac: nec in diuersa distribuitur, vt genus, speciesve: nec natura sola vnuus alteri adhaerens, vt albitudo: nec comparatione ad vnuum, vt homo, cùm diuersa non continueat: igitur simpliciter vnuus dici debet. Doubtibus autem forsitan, quoniam & lac & albitudo vnuum eodem modo dici poterunt: quia continua sunt hæc, & etiam natura vna: sed non est ita: albitudo enim vna cùm sit, quasi infinitas subse continet albitudines: lac autem non ita: albitudo etiam cogi potest, cum color extrahitur è lignis, substantia autem non. Denique id factum est, vt substantia & accidentis discrimen indicaretur.

Quoniam ergo vnuus est alicuius rei, & hoc ipsum erunt vnuus & aliquid, & res idem: iam verò & bonum, & pulchrum, & actus: actus autem existit: existit autem ens, ideo omnia hæc fermè eadem sunt. Vnitatem verò dilexisse naturam, exemplum alarum pavilionum atque piscium & avium docet: plerisque enim depicta pariter in vtraque parte conspiciuntur, quod eorum omnium sit principium.

Tentandum igitur dicere de homine & orbe, quomodo vnuus sint: sic enim & Ordo & Fatum dignoscuntur: quanquam alia sit ratio Fati, alia hominis, alia etiam ordinis: cùm ordo tempus non exigat, Fatum exigat: ita vt iam decem genera vnitatis habeantur. Hominis igitur vnitatis, vnitatis est principij: nam homo idem vnuus ac individuus est, qui intelligit, sentit, concoquit, ambulat, vt verò vnuus sit: quocirca videtur ipsius corporis structura: cum difficile sit immortalem animum tot in se complecti, & maximè viliora naturæ munera, vt excrements: & retinere, vt commoda: & propellere, vt grauitate sua molesta.

Verum altera ex parte cùm in individuum substantiam hæc omnia referantur, videtur immortale principium eadem vi, qua etiam vritur corpore, illud idem fabricasse. Imperat enim primò anima solidis, diffuso ex corde calore: inde spiritibus, per quos membra mouentur: vi autem membrorum propria humores ducent, atque excrements, dum nondum coière: cùm verò coierunt, per membra ipsa, non vim eorum: velut cum vesica vrinam exprimit, videtur autem absurdum, nec esse posse, vt totum corpus omnia in vnuus cōferat, nisi ex uno reperit: vnuus igitur illud principium est: & velut limax nō solum est animal quod cōtinetur in cortice, sed & cortex, quamvis agatur & non agat: ita vnuus est homo ex anima & corpore, nō sola anima, quamvis corpus ab ea agatur. Vnuus igitur est continuata, contiguitate, ordine & principio: nam principium vnuus est, quod omnia percipit. At cur nutriti nos non percipimus, aut concoquere, cum principium sit vnuus? An forsitan principium hoc, qua parte coniunctum est, non percipit: qua parte autem separatur, percipit? At si individuum est principium, quomodo partes habent: videtur

detur autem sentire, ac intelligere, & imaginari: atq; hæc omnia individua licet sint, plura tamen sunt, verum ut partibus corporis diuersis diuerso modo annexantur, diuersa est ratio actionum: ut Solis radiorum in speculis cauis, planis, aqua, luto, cera. Sic ergo anima nutricibus partibus immixa sensu caret, quod illæ partes sensus instrumento vt decent non sunt conexæ: nam nec nervi cum nutrituntur, sentiunt. Est autem animæ & mentis natura, vt vna sit, nec vlibi sit. Eadem ratio in orbe est. Nos verò & mulce, ut ascarides, in humanis corporibus. Palam ergo, quod omnia vnius gratia: alia verò alterius gratia: velut ventriculus ob iecur, iecur ob cor, gula ob ventriculum, os ob gulam, dentes ob os, labia ob dentes. Iam ergo rectè vides septem ordines, omnia autem propter hominem: quanto plura igitur, & quanto plures ordines in mundo ipso, omnia tamen vnius gratia: inter se autē non omnia ordinata. Vnde miramur muscas non propter nos factas esse, nec miramur manus factas non esse propter pedes, nec anum propter vesicam. Cum igitur non omnia propter omnia, sed omnia propter vnum facta sint: videndum est quomodo vnumesse possit, in quod plures ordines finiantur, ipsi inter se diuersi. Facilius autem est, vt dixi, hoc in homine quam in vniuerso contemplari. Pedes propter ambulationem facti sunt, manus propter tractionem: manus autem non propter pedes, neque pedes ob manus: indicant hæc non esse animam diffusam per corpus: nam pedibus sentientibus si anima per corpus diffusa esset, manus sentirent: etenim anima tota sentiret, sentimus autem manibus pedibusve, non tamen pedes sentiunt manibus sentientibus. Quare anima principium est vnum, non continuum, non contiguum, sed per se, nec in loco, nec tempore. Si enim non est in manu, nec in pede, neque in corde erit: absurdum enim est existimare, etiamsi cor sit primum quod vitam recipit, animam esse in corde, quæ nullibi est. Vita autem diffunditur, per quam operamur omnia quæ agimus, aut quæ patiendo nos perficiunt. Principium autem non est vita: vita enim est in corporis parte vnaquaque, anima autem non est. Si igitur multa in vnu tenderent, fortuitum esset, & aliquando aberrarent, non ergo tendunt in vnum, sed ab uno procedunt: sic enim non possunt aberrare: ab anima igitur sunt omnia: sed anima si esset extensa, haberet aut partem in parte, & sic non totus homo sentiret aut videret aut partem in toto, quare vna parte sentiente altera sentiret. Necesse est igitur aut animam nullibi esse, ut individuum: aut cor esse anima sedem, ipsamq; exiguum in eo esse: at si anima est in corde, dum homo ad mortem febricitat aut senescit, omnes operationes habebit ex aequo ferme imbecilles: at non habet: non est igitur anima in corde. Præterea est anima in nobis, vt in mundo: at anima in mundo nullibi est, sed perpetua est & immortalis: talis igitur in nobis. Ergo consensus est omnium partium qualis in nobis, & sympathia & antipathia, vt dictum est: cumque in nobis vna anima sit, facultates autē plures, & functiones: neq; enim alia est anima in corde, alia in hepate, vna in manu, alia in pede: quare nec in mundo. Quo-

modo ergo aër ascedit, terra descendit. Interrogabo. & ego te vnum: quomodo iecur pellit vrinas, renes trahunt: iecur trahit à ventriculo, & trasmittit ad cor: in ob id plures sunt animæ? Animæ vna est; facultates autem trahendi, impelliendi; vtque graue dorsi sum, sursum moueat quod leue est in his verò quæ ordine cōstant, ut speciebus animalium, cùm nō sit necesse vt vnum propter aliud sit semper: quoniam ad ordinem solum referuntur, nō ad vnum principium, non est necesse ut ex his vnum fiat: quæcumque verò ad vnum tendit, vnum etiam ad illud comparata efficiuntur. Cùm ergo mentes & vita ad vnum referantur, scilicet Deum: quoniam ordo perfectus est, ideoque ad vnum efficiunt ordine. Itaque fieri potest ut equus & canis propter hominem sint. Et quæcumque sunt veluti almetum aliis. Ordo igitur vnum est verò, cum ad vnum tēdit, aliter nō. Quæcumque igitur in mundo sunt, vnius mūdi causa sunt, & operationum illius: quemadmodum & in homine, præter ea quæ corrupta sunt: sunt enim veluti ascarides in hominibus: at in mundo cùm omnia continet, nihil est alterius causa vt in homine. Nescimus autem hoc in mundo: quia operationes illius vniuersas nō cognoscimus, & quemadmodum in vnum ordinantur, velut in homine, qui ergo principales mundi operations & ordinem earum intelligeret, & vniuersas partes quorum causa factæ essent: palam enim est, quod in homine omnes intelliguntur, & propter quid. Quæ verò Fato ordinata sunt, vt ad successionem tendit, etiam vnum sunt. At quoniam de hoc diffusæ dictæ est in libris de Fato, præterea de his sat. Reliquum est, vt rursus altius rem ab initio reperies, videamus dubitationes quæ aduersus ea quæ dictæ sunt, faciunt: primumque, quoniam diximus vnum bonum esse, plura verò mala: nam si plura bona sint, erunt non plura mala, sed bona: plures enim principes mali ob id sunt: quoniam inter se nō conueniunt. At de Diis primam non est id periculi: cōuenient enim inter se, eruntq; meliores vno: Quin etiam lex nostra & Philosophia plures eos faciunt: licet lex nō plures esse deos velit: quoniam in vna cōueniunt essentia, cùm tamen priorem facit potestatē sapientia, & vtrāque amore, nō obſcurè distinguit personas: at nos, vt diximus, in votis conuenire volumus: Philosophi verò, qui non tam procul sensibus peruererunt, tres deos cōstituunt: non igitur multitudo mala. Idem etiam in Repub. bene instituta, & Aristocratia: quoniam melius sub illa populi reguntur: quia æqualem referunt Regi iusticiam, & pauciores errores admittunt: multoq; pauciora subterfugiunt acta quæ non corrigitur, quam in regno, vbi vnum tot negotiis proficie non potest, fallique magis necesse est, periculumque est, ne etiam si recte se gerat, ministri mali multa euertant. Quod tam sape contingit sub bonis principibus, vt nolim ita esse.

Quod si dicas te cūpere bonos etiam esse ministros: igitur bonum id non ex uno proficitur, sed pluribus, ac iuvatur multitudine. Præterea sidera stellati cœli, quæ splendidiora sunt multo errantibus, saltem Marte & Saturno, & maiora & candidiora, ac supremo or-

namento propiora , meliora sunt quibusdam errantibus, ut dixi, & per se, & ad nos: comparsatione habita: & tamen plura sunt, & è pluribus. Ornamentum etiam, & pulchritudo, & decor, & iucunditas non ex uno sunt, sed ex pluribus inuicem comparatis : vel si in uno sunt , multarum partium ratione illi conueniunt: velut facie ob oculos, frontem, nasum, os: & in harmonia, ob plures voces : ut vnum omnino nihil horum efficiere possit. Præterea si vnum per se adè bonum est , quorsum tot facta sunt: quod si necessariò facta sunt, necesis. sita illa à bono proficiuntur tanquam autore, & in bonum tendit velut finem: multitudine ergo bona. Hyle etiam quæ vna est, tamē mala est, si quid in naturatibus malū dici metetur.

Multitudine etiam hæc quid erit, si malum ? bonū enim cù ente idem esterit igitur multitudine nihil: Asini etiā & elephantes pauciores sunt hominibus, & pauciores etiam generant: rarius enim duos, & nunquam tres elephantes natos, aut asinos vidimus, aut audiuimus, legimus: at homines sæpe geminos pariunt, tres nonnunquam : & ego tres viros simul vno partu natos , legiturque de Horatiis ac Curiatiis qui inuicem pugnauerunt. In Ægypto etiam referunt nonnunquam nasci simul quinque vitales: non tamen asini aut elephantes hominibus sunt perfectiores: vt si nihil aliud desit illis , ratio saltem ipsa deest. Quædam etiam genera serpentum, vt reguli, rara sunt: & vnu vix multis seculis generantur: quoniam multa adè ad illius generationem sunt necessaria, vt non possint multi generari: vel igitur homine deteriora sunt. Quorsum ergo genita, ut homines se meliores occidant: atque etiam vnum multis melius non erit? Si autem meliora : erit rationis expers habente mentem melius : namque & quo ad orbem & simpliciter, melius nunc intelligi volumus. Plures etiam habere filios, agros fecundos, pecuniasque, melius est quam filium, agrum, nummum vnum. Hæc igitur atque huiusmodi sunt, de quibus dicere nunc oportet: namque & sine his decepti videbimur, nō persuasi: & cum his securius que tradita sunt, credemus , & melius intelligemus. Quapropter initium facientes à primo , quod etiam difficillimum est inter reliqua , demonstrabimus primū cur non potuerint esse plura principia, neque plura bona esse possint. Vere autem demonstrationis proprium est , vt omnes dubitationes de re demonstrant, ex ea dissoluatur: vt rectè inquit Auetroës. Igitur si plura potuissent esse bona , collata in vnum perfectum aliquid efficerent: at præstat vnum perfectum esse bonum, quam plura imperfetta: plura igitur bona prima esse non poterat. Quod si plura ac vnum idem posse singas , etunt illa bona frustra: cum idem possit frustra enim sit per plura, quod per pauciora fieri potest. Rursum si vnum tantum fuisse bonum, defuisse decor, pulchritudo, & boni species : est enim pulchritudo boni imago : fuisseque bonum illud auarum, aut inuidum: multa igitur bona esse necesse fuit, imò quotquot esse possent que sibi inuicem non repugnarent. Plura ergo bona prima , aut non prima : sed inordinata esse non potuerint plura , & ordinata: & quotquot esse potuerint, esse necesse fuit. Quibus cognitis, Dij hi seu personæ eti

plures sint , cum alter ex altero pendeat, in vnum coèunt, & ordinati sunt: summæ autem artis primi opificis fuit, estque bona hæc procreare, & nihil imminuit: nam si imminueretur non esset nec infinitum, nec perfectum primum bonum. Nullum autem simile hic exemplum exactè habemus , innumera autem non exacta : nam & ignis qui propior exemplo ignem generat, & homo hominem, & artifex calceum facit, & nihil imminuitur, sed ex materia tamen permittendo ea efficiunt: vt non tam effecisse dici possint quam eduxisse , aut inuenisse, vel perfecisse. At nostrum hoc sumum bonum omitto , quod in corporeis dici possit habuisse prepositam sibi materiam in sapientia, in amore, in mentibus ac vicis generandis, quid habuisse ex quo facere potuerit dici potest: Et tamē non plus in illis quam in corporeis gignendo ei deperit. Est igitur hoc boni primi singulare príuilegium. Quomodo autem id fiat , non est præsentis argumenti docere.

Igitur vt ad propositum reuertar , plures non possunt esse, nisi ab uno per ordinem deriventur. In Aristocratia licet plures plura videant quam vnu Rex: ille tamē plures habebit bonos: quia ipse bonus est: nec erūt plures, quoniam in vnum tendunt , & ab uno pendentur ergo eadem bona in regno, quæ in Aristocratia: & præterea id plus quod in vnu conuenient, nec adè facile corrūpi poterunt.

Regis tamen optimi exemplum Deo simillimum est, cum sui boni efficiuntur illius imitatione & amore, nec quicquam tamen ex illo deperit. Differt in hoc, quod ministri regiae lunt, antequam boni efficiantur: sed efficiere quicquam, potestatem non est imminuire, verū exercere. Ergo multitudine ordinata bona est: quia in vnum tendit, & ab uno proficiuntur. Stellæ autem quæ in orbe stellato sunt, ordinem habent ad vniuersum , scilicet vitas, ut membra in homine ad facultates & functiones inter se habere non est necessariū: non autem multitudine illa similis est hominū multitudini, quæ ob necessitatē est. Sunt ergo velut mēbra in animali. Ideò totum perfectius est erraticæ quovis ccelo, quamvis de Sole sit dubitatio: nam astrorū omnium cursus ad ipsam rationem habet. Eodem modo nil prohibet plures esse stellas erraticis nobiliores: quoniam, vt dixi, ordinatae sunt: & non ordinatae, quia multæ, sed mūræ, quia ordinatae. Multitudine non est decoris, ornamenti, nec pulchritudinis causa : sed ordo qui est vnum in pluribus, sicut vnu est, tale simpliciter.

At ordo non potest esse nisi inter plura: decor igitur & pulchritudo in pluribus continget: quoniam in ordine consistit. Sic de harmonia: indicio est, ordinem esse causam, quod vox vna dulcis & suavis melior est pluribus in vnisono: in Diapason autem & Diapente, non ita. Quin etiam interpolata Diatessaron & Diattriton & Diaecton bene consonant: ordo igitur harmoniae causa est , non multitudine.

Plura autem esse necesse , cur dictum est prius? erat enim multitudine ordinata effigies diuinæ pietatis, bonitatis ac sapientiae. Non ne præclarius ager architectus , qui speciosum aliquod construet ædificium, quam si nullum? Hyle bonum est, sed bonorum ultimum: quia

quia non vna est, cum potentia sit: non enim substantiam habet, nec actum, quibus bona sunt: immista autem aliis bonitatem minuit, non quia mala, sed quia minus bona: ut tepida aqua feruenti arque calidioribus mixta.

Dices: Cur ergo facta, si non bona aut si per se fuit, non est causa omnium Deus? Oportebat diuinum bonum, quo ad poterat, impariari: sed iam singula perfecta erant.

Oportuit igitur etiam imperfecta fieri: at non poterant sine multitudine, conseruari: multitudine igitur opus fuit: ut multitudo esset, materia facta fuit. Sed nec multitudo ipsa est ens, sed ab intellectu fingitur: ipsa autem multa bona sunt singula: signum tamen imbecillitatis ac defectus & mali. Itaque & de elephantis & asinis, si natura multitudinem producit, ob periculum ne deficiat species: non enim voluit vnum hominem tantum gignere perfectum, scilicet sapientissimum, robustissimum, atque longeva vita, velut de Adam primo parente scriptura refert. Eorum animalium maiorem numerum procreauit, de quorum interitu maximum fuit periculum: quod bifariam magnum est in his quae imbecilia sunt, & quae maximè in mundo sunt necessaria: homo igitur tametsi imbecillus non esset, erat tamen mundo maximè necessarius: non itidem elephas & asinus, qui cum robustum habeant vitæ principium, idè plures homines generat natura quam elephantos, asinos ve. In serpentibus autem cum principium esset imbecille, non tamen periculum ne desinerent, magnum erat: tum maximè, quod eorum multitudo ceterorum meliorum animantium securitati obstabat: ob id pauci facti sunt serpentes. Et licet muscarum & cimicorum, culicum, pulicorum, pedicularum, formicarum, crabronum, scarabeorum multitudo non yideatur mundo tam necessaria, quotundam tamen aliorum causa necessaria est, aut saltem periculosa non est ut serpentum: cumque imbecillis sit vita horum omnium, natura de multitudine prouidit. Quæ ergo perpetua esse non poterant, frustra in vnum omnem perfectionem illorum natura concessisset: multa ergo procreare necesse fuit. Si ergo necessaria maximè ad perfectionem vniuersi futura erant, & imbecilia, nec valde noxia, ut musca & papilio, horum maximam multititudinem procreauit. Sin autem necessaria, sed noxia, sicut imbecilia, pauca: ut exitialium serpentum, quorum etiam generationem in deserta relegauit: quæ utilia & firmo robore, non tamen adeò necessaria, & mediocriter, ut elephontorum, asinorum ac apum. Quædam etiam humanae curæ reliquæ videtur, ut bovinæ: quanquam generatio illorum fœcunda sit, ut ex uno plus quam centum generentur. De formicarum multititudine cum viriaces esse ferantur, magna est questio. Porro de filiis, agris, pecunis, multitudo certè ab indigentia oritur. Nam vnu ager omnia necessaria ferre nequit: vnu filius, si pereat, stirps interit: vno nummo cuncta emere non licet. Quod si vno eadem fieri possent qua pluribus, pluribus opus non esset, sed his omnibus illud vnu esset melius. Indicio est, quod Deo vnicus est filius: quoniam illum amittere non me-

tit, nec vt discedat: at nostri filii cum calamitatibus innumeris subiiciantur, si multi sint, securiores degimus. Non ergo multitudo mala, sed mali arguentum est, atque indicium certum, si ordinata non sit: sive etiam mala est, quatenus multitudo: sed quatenus non vnum imperfectum, bona, ut in numero & filiis. Est enim hoc vnum numero, de quo (ut dixi) præsens non est, institutus sermo.

His sic constitutis, in omnibus ad illud quod bonum est, per se properandum est: est autem, ut dixi, ordo. Conandum est igitur, ut omnia ad ordinem ipsum redigantur, atq; ad vnum principium: velut membra in homine, & partes ad ipsum hominem. Cumque morimur, ad vnum redigimur: ideo bene dixit Plotinus: Ad vnum id quod est in me redigere conor. Sic & operationes omnes in suos fines, pluresque fines in vnum, qui est felicitas. Similiter, & quæ scimus, in vnum omnia: sic enim omnia facile in memoria continemus. Idq; accedit commodi, ut cuncta verè sciamus, cum in vnam causam redigere illa nouerimus. Sic in Republica & domo non rite agere licebit, nisi vt omnia suis ordinibus contineantur: neque bonum est vt omnes vni sine intermedio pareant: sed sint coniunctissimi, ut vxor, filii fratres benevolentissimi: sic enim domus, sic ciuitas optimè regetur. Vni quoq; omni gratiam referre decet, autori omni. Ita vero omnia tractanda, ut etiam supellestilem ad ordinem redigamus.

Porrò ordo, si vnu sit, facilis est: cum vero plures sunt, maximè si dispare non sint, difficile est persæpe eligere magis utilem. Oportet ergo ordines ipsos in vnum ordinem træferre: ut vero ordo simplex sit, curare, atque in numerum redigere. Sunt autem effectus trium generum: alij quidem arte, ut lectus: alij natura, ut animalis generatio: alij casu, ut iēta lapidis, & quæcumque ab animalium cupiditate oriuntur. Ortus autem hominis, & cuniculi, partim natura, partim casu contingit: quoniam principium casu est. Artium igitur initium est finis, & ordo à fine ipso: quoniam ille mouet varias causas, non vnius generis, quæ aliter ordinari nequeunt. Etenim non tanta est perfeccio in artibus, ut quæ efficiunt aut materiae per se ordinem constituantur: neque enim dolabra in fabro per se est causa efficiens, sed instrumentum: nec clavi, lignum, & cementum in vnum ordinem redigi possunt.

Naturalium autem causæ duplices sunt, generales & propriæ. Generales sunt ab astris: astrorum autem principia alia quidem ratione finis, & efficientis, & materiae per se ordinatae, ac tradita à Ptolemæo: alia autem ad nos referuntur, quæ propriam quandam exigerent translationem, immo duas, vnam, enarratā in libris de Astrorū iudiciis: alia vero, in libris de Fato.


Causæ autem naturaliæ, propriæ, efficientes ac materiae, natiores sunt nobis fine: quoniam finis est notior opifici: opifex autem naturali dominus: hanc propter finem omnia sunt: finis semper opifici notior, alii autem efficientes & materiae. Redigere autem oportet omnia in primas causas: cum vero reducentur, videantur plures causæ esse vnius effectus: non igitur reducentur ad unum, nec in primam causam, ut de fine, sed in plures: vnu prius principium est vnu in efficientibus, ut

homo hominis, cuniculus cuniculi: nō igitur anima aliud est extra hominem. Propterea Averroës dixit vnam esse animam in omnibus hominibus. Cæterum ille non intellexit quid. vnum esset: aliud enim vnum est, aliud est conditiones vnius habere: quales sunt, materia, quantitas, figura, locus, qualitates primæ & secundæ, tempus in corporeo enim singula vnum per se sunt omnibus, tamen vnius corporei conditionibus carent. Quocirca anima & mens singulis vna est, quod in nobis deprehendimus: & quæcunque patiuntur: nam foris multa ab uno illustrari nihil prohibet. Si igitur singulis vna est anima, non omnium hominum vna esse potest. Similiter & vniuersale nullum est singulis commune: dico neque hominem, neque equum, neque animal: sed vnum, velut & Socratem: verū carent omnia loco, motu, tempore, magnitudine, numero, divisione: substantia quidem primæ, mentes ac incorporea: quia ante hæc omnia sunt species autem & genera: quia nil aliud sunt quām individua ipsa subiecta, & singulis eadem, sed iisdem conditionibus à mente nostra, spoliata. Quām igitur absurdè vniuersalia vocata sint ab his nostris Philosophis, quæ nihil habent nisi maximè individuum & vnum, & à multitudine remotum facile est intelligere. Est & alijs cognitionis modus, velut cum mixtum ex elementis generatur. Sed non contingit: neque enim vermis aut musca ex elementis conflatur: sed ex verme, aut musca, aut mixto huiusmodi quod potestate tale est: quæc verò sunt ex pluribus, vt cœnum, & ex cœno herba, adhuc ad paucis rediguntur: quoniam hæc est naturalis mixtū generatio. Multa autem mixta, elementa autem duo terra & aqua, aut ad summum tria, aere addito. Elementa verò, vt sidera, ad vnum rediguntur: perfectione enim non specie differunt: neque enim sunt calida & frigida, vt rugantur: essent enim plurima principia non ordinata. Demonstrauimus autem esse non posse, sed velut in numeris omnia ordinata vnius respectu: quapropter & uno in ordine contenta, qui ad primum principium terminatur, sic autem non essent. Quæ autem casu constant, ad fatum redigi debent: dictum autem est de eo alijs. Quæ autem ad memoriam pertinent, vt libri, cū & ratione argumenti, & nominis, & pronominis disponi possint, effugere decet ordinis varietatem: melius est igitur vnum in alio includere: velut dividere per argumenta, & argumenta per prænomina: ea enim similitudinem magis pariunt prænominiis. Assuetudinem est autem contra consuetudinem, vt seruemus hoc. Præponenda autem argumenta, iuxta doctrinæ ordinem, aut alphabeti. Misti generis autem in uno ordine sunt collocandi, vt etiam aliena lingue: & iuxta nomina illa: hi autem iuxta argumenta sunt distribuendi.

Sympathia ergo & Antipathia ex his etiam originem ducunt. Quæcunque enim eiusdem sunt natura, & vt imperfectum ad perfectum comparantur, & ad idem magis propriè, sympathiam primum habent: vt homino ad equum, ad hominem, ad puerum, ad patruellem & filium. Et quæcunque hostilia sunt, antipathiam: vt lupus & ovis. Et quæ in

eadem specie corrupta ad integra, vt homo cū cadasse. Et quæcunque ad primum statum referuntur, vt Herculeus lapis ad statum naturalem, cuius vis est ad orientem, à borea distans quinque partibus, cūm alij dicant novum. Cūm enim quasi mascula terra sit, motum habet ad statum immobilem, id est terræ centrum & axem inter polos, vt sic planè quiescat. Cūm verò vni corpori duo motus conueniunt, alterum imperfectum esse necesse est, positus ergo in æquilibrio ad terræ centrum descendere nititur, & ad axem conuerti, vt cœli motum devitet non assequitur huc perfectum ab oriente ad meridiei circulum, id est subsistit ab eadem parte aliqua circuli totius portione. Fabulosum autem est dicere, quod ad montes illos qui nullibi sub polo modò sunt, conuertatur. Sed demonstratione idem ostendatur. Proponatur meridiei linea a b c, sicut punctus a in terra sit in vna linea cum centro eiusdem & polo cœli, & sit d mōs ille lapidis herculei, & ponatur herculeus lapis in linea a d e, vt in e, erit ergo linea circuli meridiei & herculei lapidis vna at in b demonstrant: ergo in tota linea bevarabitur angulus a b d, quod repugnat experimento: manet enim idem vbiique, saltem citra æquinoctiale. Dictum autem est satis de echeneide seu remorat etiam de causis cur pulli milium exhortream: habitus enim est in descendentibus, contractus à parentibus atque maioribus: quemadmodum & de tonitu: panorem enim gignunt abscon formæ, & cum non in eadem specie, sed in eodem genere: nimis enim propinquitas & distantia antipathiam tollunt. Quo enim propinquiora sunt, maiore sui partescunt, ideoque magis mouent: quamquam & vocibus matris admoneantur. Sic inter brassicam & rutam in antipathia est, & inter cucumim & oleum: quod contraria natura sint. Est autem sensus ille potestatis licet non proprius, convenientis & noxijs. Quid ergo mirum? nam extenuari possunt propinquitate, etiamsi non sentiant. At cucumim inflicti in contraria partem affirmat Matthiolus Senensis: nec magis mirum, quām si salix aut populus radices ad aquam exporrigit: vbi enim convenientis sensus, ibi & contrarij. Pari ratione terremur tonitru & tenebris: quoniam sensus & vis qua imaginamur, habet quod delectet & horreat, amplectatur & timeat.

In sonis magis mirum, nec vniuersis tantum, sed etiam (vt refert Aristoteles) nete, quæ acutissima est, pulsata, hypate sola resonat, quæ est grauissima. Sonus quidem actionis propriæ principium esse non potest, sed tantum imaginis & speciei, velut in sensibus (hoc autem modò quæcunque debuerant, & non ex communibz quibusdam) quid ergo est quod sonum efficit, & mouet fides? non sonus, sed aer. Cur ergo convenientem magis quām propinquam



pinquam seu loco seu vi:videtur autem distatio par, aut illi proportione respondet. Quare motus aëi ab una quasi Echo reddit in consimilibus:est enim in Echo absque dubio reflexio aëris secundum eandem figuram: aliter tamen alienas quam primam vocem reddere posset. At motus secundum eandem formam etiam agitat, vt primam iustum fidem:quamvis enim aliæ propiores sint, alias moliores:plus tamen facit contortus aër in prioris fidis consonantis figuram, quamvis vis approbatrice experientia non solùm aëris, sed etiam manuum. Vnde Fra castoreus recitat, fuisse imaginem ceream in ambitu templi, quæ sonitu nola sola è multis tremeret. Quæ vero attrahuntur ab adamante & succino, causam manifestam habent, & longè diuersam ab Herculeo lapide: illa enim trahunt levia, hoc graue: & certum genus & trahit & trahitur, atque etiam propellit: quorum nullum est in ad amante vel electro: ea enim trahunt rarefacto aëre inter medio velociter: sicut cum aqua per canalem tracto embolo masculo ascendit, distento nimium aëre, vt pars partern sequatur ob materiæ continuitatem. Diuerso autem modo trahunt adamas & electrum: electrum enim per se calefacit & attenuat, sed magis si conficitur, proximum aërem: adamas autem nisi conficitur, non calefacit: at herculeus lapis masculi vicem gerit, ferrum autem foeminae: seruatque herculeus lapis in ferri scrobe. Quare si sunt quatuor modi attrahendi, & quatuor propellendi: ex his primus trahentium est proprius: masculus enim & validior trahit foeminae imbecillorem. Pdsecundus: cùm enim masculus non potest trahere foeminae ad se, vt etiam in animalibus, accedit ad illum. Sed tertius etiam contingit, quod nos videntur, validiore imbeciliorem trahente. Quartus autem non: quoniam uterque foemina est. Ex secundo autem ordine sunt qui negant, magnetem propellere ferrum: sed propellit ferrum magnetem tactum, tanquam masculum, vt syncerum ferrum trahat. Eadem ratione ferrum ferrum propellit, vt trahat ferrum magnete delibutum, ex secundo modo primi ordinis si quartus secundi ordinis. Magnes quoque propellit ferrum: quoniam magnes ille cum ferrero sit, magis appetit ferrum magnetem delibutum, quam syncerum, vt in tertio modo primi ordinis. Relinquentur igitur duo modi inutiles, quartus primi ordinis, & secundus secundi. Quare vtilias dictū est, herculei lapidis pars una est velut caput & purus magnes: altera ex aduerso, vt ferrum magneti mistum: utraque pars ferrum delibutum à se trahit: sed si delibutum ex diuersa parte purum trahit ferrum libentius, delibutum ex aduersa parte repellit. Hoc idem nos de Austro & Borea diximus. Generalis autem causa omnium horum similitudo est, cùm actus iam potentie iungitur. Nam herculeus lapis vt masculus, rapit ad se ferrum vt foemina. Contraria vicissim si ferrum magnum sit, exiguum frustulum lapidis, trahetur lapis à ferro: quod si ferrum sit imbutum altera parte, cùm adsit si-

militudo, & potentia, trahetur ab eadem parte lapidis: ab aduersa autem repelletur, vt pars ferri syncera trahatur. Quod vero affirmat ferrum ferrum trahere, falsum est, nisi imbutum herculeo lapide. Pars tamen herculei lapidis qua ferri multum habet, magnetem trahit, ferrum non ita: & syncera ferrum vehementer, obscurè magnetem: ex æquo mixta utrumque: plurimum enim demonstrant quæ actu ac potentia, & quæ iuxta perfectum imperfectumque: hæc enim mutuò se appetunt: at vt potentia simile: quoniam iam potentia ipsa demonstrant: velut magnes trahit ferrum, quod potentia est delibutum magnetem tali, quali ipse est: specie autem contrarium: quia actus deest, & potentia. Magnes ergo ferrum, & ferrum magnetem, & magnes perfectus ferrum, & ferrum sub magnetis specie magnetem trahit. Sed in delibutis simili à simili trahitur: quoniam ferrum loco potentiae est. Sed magnes etiam argentum trahit, cum argento mixtum fuerit ferrum, aut magnes argento: quare etiam ferrum argentum trahet: eiusdem autem ordinis sunt hæc omnia. Quoniam vero eadem ad eadem antipathiam ostendunt, & sympathiam: vt puluis aquam non trahit, quia sicca: calx autem & pannus, quamvis sicca trahunt: id ad naturales caufas est referendum, non sympathiam aut antipathiam: quæ enim calci cum aqua sympathia? Sed quæ calida sunt, trahunt aquam: quæ autem non, respiciunt: vt puluis, adiantum, & pluma indicio est sic esse: nam cinis admittit. Calx enim calidior est quam siccius: quia crassatum partium: contrà puluis. De leone & gallo primum expedire sciē, in his an ita sit. Sed si sit, cùm nullum animal cristatum sit præter gallum, nisi ex serpentum genere: leo autem deserta incolat, nouitate ac similitudine terri verisimile est. De his vero quæ percipiuntur sensibus, iam diximus, in cognitione esse pulchritudinem: cognitio autem est commenſuratorum. Et quæ grata sunt, efficiunt etiam vt membra dilatentur & surgeant voluptate. Sed hæc, vt dixi, ad prælens argumentum non spectant. Sicut nec illud, cur vinum oleo magis aqua miscetur: ipsum autem aquæ adhuc longè magis. Constat naturale esse quæsitionum: quoniam oleum densum est, aqua crassa, vinum subtilius: ideo oleum penetrat, & aquam multo magis.

Porrò vt ad rem redeam, videntur cuncta ad unum spectare, scilicet conseruationem: ea autem triplex est: nobilioris partis, & totius, & suipius. Indicium habemus in pullis: eo enim metu abundat se sub latibulis, fugiuntque periculum: & remota corpore inducit, vt illa capiantur, ipsa vescatur. Quæ vero ex consensu naturæ sunt, alia quidem similia, alia dissimilia: similia, vt mictio, oscitatio: dissimilia, vt stupor dentium, dum aliis acerbos fructus comedit: ex serra secante horrot dorsi, & tisus & misericordia. Fit autem risus ex admiratione & letitia: misericordia ex admiratione & tristitia: horum omnium causa est, quod unum sumus substantiae similitudine, & ad unum. Cur vero mali, non carinæ nauium, à fulmine tanguntur, scriptum est in libro de Fulguribus Io. Baptista filij mei. Hæc igitur de Vno facis dicta sunt.